

1183 datores, de quibus modo sermo est, porrigentes petitionem suam prius capitulo, dein Steinveldensi ecclesiae, quod pie postulant, pleno comprehendunt effectum, nam committitur Steinveldensi preposito, ut negotium eorum promoveat et desiderata concedat. Litteras capituli ad memoratum episcopum requirere si placet in fine libri, cuius est titulus: Epistolae Troonis, et invenies.¹ Porro prepositus, vir Deo plenus, non tardat in his, quae in mandatis acceperat, sed assumptis secum fratribus et domino Godscalco, pro cuius occasione ista inferimus, & proficiscitur in Boemiam, Pragam venit, devote suscipitur, obligat se susceptioni loci, tandemque repatrians dimittit ibi a latere suo memoratum Godscalcum cum fratribus, qui conventui habitacula prepararent interim lignea. Quibus paratis iterum post anni circulum idem prepositus revertitur adducens secum conventum clericorum una cum abbate, quem elegerant, cui nomen Gezo, qui dominum Godscalcum libenter apud se retinisset, sed prepositus suus iubet eum redire in Steinveld ad id expectandum, quod ei diuinitus fuerat preordinatum.²

Nec absurdum puto, si paucis exprimam, qualiter idem Gezo, primus Stragoviensium abbas, primum

1) Hauptsächlich der bei Forberg, Cod. dipl. Bli. I, 133 gedruckte Brief, dort auch aus dem Original eines Handschrift des Briefs des Tro von Chartres, der aber aus dem 15. Jh. kommt und also nicht die erste Erwähnung, wohl aber eine Erwähnung von ihm sein kann.

2) Die Geschichte der Primatenswahl in Böhmen 1187. aus der Briefsammlung des Propstes Ulrich von Hirsfeld, Cod. dipl. Bli. I, 187-198 n. 252-257, dem Briefe an n. a. Gezo, Gottschalk, Gersony etc. und andere u. sonstig sind.